



Centuria quaestionum philosophicarum

<https://hdl.handle.net/1874/340904>

C E N T U R I A
Q U Ä S T I O N U M
 PHILOSOPHICARUM:

Q U A M

Dei gratia auxiliante

S U B P R A E S I D I O,

D. IACOBI RAVENSBERG, Lib. Art.
 Mag. & Physicæ ac Matheseos in Acad. Ultra-
 ject. Professoris ordinarii

Publicē defendere conabitur

J A C O B U S H O N D I U S, Schaga-Batavus.

Ad diem 7 Martii hora nona in Auditorio Superiori.



U L T R A J E C T I,
 Ex Officina JOANNIS à VVAESBERGE,
 Anno M D C X L I X.

Reverendis, doctissimis, spectatissimisque viris,

D. LUDOVICO HONDIO,
ecclesiæ Schagiensis pastori
fidelissimo, parenti meo filiali
amore & observantia nunquam
non prosequendo.

D. HENRICO HONDIO,

Patruis meis, studiorum meo-
rum fautoribus & promotori-
bus benevolentissimis, omni-
honore & observantia mihi in-
ternum colendis;

D. ISAACO MOORS,

N E C N O N

Amplissimo, consultissimo, ac spectatissimo viro,

D. ALBERTO SPIEGEL, J.U.D., & Collegii
Navalis Amstelodamensis Quæstori fidelissimo,
studiorum meorum fautori & promotori sum-
mo;

*Hoc exercitium philosophicum in observan-
tiae debitæ signum, pio affectu*

Consecro & offero.

JACOBUS HONDIUS

Auth. & Resp.

M D C L X I V

Q U A E S T I O N U M

P H I L O S O P H I C A R V M.

- 1 An Philosophia pugnet cum Theologia? *Neg.*
 2 An Philosophiae aliquis usus sit, etiam in Theologia? *Aff. utrumque.*
- 3 An Theologi nostri statuant philosophiam esse inutilem & rejiciendam, ut passim calumniantur Pontificii, & non esse disputandum ex principiis philosophicis? *Neg.*
- 4 An de lumine naturali, deque recta ratione, aut de Philosophia ex hujus aut istius hominis opinione judicandum sit? *Neg.*
- 5 An principia universalissima vera sint in omnibus disciplinis, etiam in Theologia? *Aff.*
- 6 An axiomata specialium disciplinarum debeant extendi ultra objectum suarum disciplinarum? *Neg.*
- 7 An Philosophia recte dividatur in theoreticam sive speculativam, & practicam sive activam? *Aff.*
- 8 An detur summum bonum, & an lumine naturali vere investigari possit? *Aff: Prius, Neg. Post.*
- 9 An detur summum malum? *Neg.*
- 10 An omnia agant propter finem? *Aff.*
- 11 An pauper in hac vita valeat esse felix? *Aff. cum distin.*
- 12 An omnis appetitio feratur in bonum? *Aff.*
- 13 An idem sit finis & bonum? *Dist.*
- 14 An malum, qua malum, possit finalizare? *Neg.*
- 15 An actus, qua actus, possit esse peccatum? *Neg.*
- 16 An affectus sint toto genere mali? *Neg.*
- 17 An omnis recessus à medio sit æqualiter vitiosus? *Neg.*
- 18 An omne mendacium, licet etiam officiosissimum, sit pec-

peccatum? *Aff.*

- 19 An ob bonas causas veritatem dissimulare licet? *Aff.*
- 20 An licet viro forti sibi manus inferre? *Neg.*
- 21 An fides servanda sit piratis, latronibus & haereticis? *Aff.*
- 22 An certo constet, verene an autumno mundus sit conditus? *Neg.*
- 23 An ratione naturali absque Scriptura unitas mundi à priori demonstrari queat? *Neg.*
- 24 An terra & aqua unum globum constituant unumque habeant centrum? *Aff.*
- 25 An diluvium, Noachicum fuerit naturale? *Neg.* An omnino universale? *Dist.*
- 26 An dentur montes ignivomi, & an ratio naturalis incendi illius assignari possit? *Aff. utrumque.*
- 27 An stellæ ab hominibus possint numerari? *Neg.*
- 28 An sint animatæ, aut rationales? *Neg.*
- 29 An terrestribus animalibus aquatilium numerus major sit, & quod species, & quoad individua? *Aff.*
- 30 An inter aves detur pellicanus, qui pullos mortuos sanguine suo consperbos vivificet; & phoenix, qui unicus sit in mundo, & sexcentos annos cum vixerit, seipsum comburat; ex cuius cineribus alius denuo enascatur? *Neg.*
- 31 An nefas sit ciconias in cibum aut alias usus hominum juxta cum aliis parare? *Neg.*
- 32 An detur tale animal unicornu, quale vulgo fingunt? *Neg.*
- 33 An homo in brutum & ut vulgo ajunt, in lupum, aut vicissim transmutetur? *Neg.*
- 34 An sint gigantes, & an distinctam speciem constituant? *Aff. prius, Neg. post.*
- 35 An Adamus, Eva, Christus, reliquique homines sint unius speciei? *Aff.*
- 36 An corpus sit pars essentialis hominis? *Aff.*
- 37 An anima humana sit accidens, aut corpora & divisibilis

lis? Neg.

- 38 An una sit omnium hominum anima? Neg.
39 An vegetativa, sensitiva, rationalis in uno homine sint
tres animæ realiter distinctæ? Neg.
40 An animæ humanæ omnes sint æqualis perfectionis sub-
stantialis; seu an una sit perfectior altera? Aff. prius, &
Neg. post.
41 An anima humana directe patiatur à rebus corporeis?
Neg.
42 An homines in novo mundo, aut in quacunque terra va-
stis Oceani spatii ab antiquo orbe seclusi, atque adeò an-
tehac nec cognita nec frequentata, aliud ortus sui habeant
initium, quam Noachum, & Adamum? Neg.
43 An anima sit producta, an vero pars sit divinæ essentia?
Aff. prius, Neg. post. Contra Gentiles.
44 An dentur animalia inutilia? Neg.
45 An eodem loco ubi est corpus possit esse angelus? Aff.
46 An dentur angeli, & an eos existere lumine naturali pro-
bari possit? Aff. utrumque.
47 An angeli inter se specie differant? Neg.
48 An habeant substantiam incorpoream? Aff.
49 An angeli assumentes vera humana corpora homines dici
possint? Neg.
50 An numerus angelorum sit infinitus? Neg.
51 An angeli æque facile atque cito transeant per corpus
densissimum, quam per tenue ac fluidum; & an transitu
suo dividant corpora, aut ab iis dividantur? Aff. prius. Neg.
post.
52 An angeli sint in loco divisibili modo indivisibili, ita ut
partes angeli non commensurentur aut respondeant par-
tibus loci? Aff.
53 An plures angeli possint esse in eodem loco, ita ut unus
non excludat alterum. Aff.
54 An unus angelus possit esse in pluribus locis simul,

à se invicem dissitum? Neg.

55 An unus angelus possit producere aut generare alium angelum? Neg.

56 An transitus angelorum de loco in locum fiat in momento? Neg.

57 An angeli cognoscant cogitationes & decreta aut hominum, aut aliorum angelorum, aut ipsius Dei? Neg.

58 An angeli omnia in Deo ut in speculo quodam intueantur, ut volunt nonnulli ex Scholasticis? Neg.

59 An angeli angelis cogitationes suas seu animi conceptus exponant, & quomodo? Aff. prius. post. nescitur.

60 An ergo rejicienda determinatio illa Scholasticorum, quod sola voluntate cogitationes suas aliis patefaciat? Aff.

61 An angeli omnia possint facere quæ non implicant contradictionem? Neg. hoc enim soli Deo proprium.

62 An possint corpora transferre de loco in locum? Aff.

63 An possint violenter destrui, aut contundi, aut vulnerari à rebus corporeis? Neg.

64 An dentur Spectra? Aff.

65 An diabolus possit homines in lupos aut alias bestias trahit mutare? Neg.

66 An possit hominem ex mortuis resuscitare? Neg.

67 An à privatione ad eundem numero habitum detur regressus? Neg.

68 An cruentationis cadaverum ad præsentiam homicidæ ullasit veritas? Neg.

69 An luna sit commodum habitaculum animantium Neg.

70 An Metaphysica eadem sit cum Theologia? Neg.

71 An Theologia Metaphysicæ subalternata aut subordinata sit? Neg.

72 An, si Theologia Christiana recte & plenè tractatur, aliqua sit aut supersit scientia, quæ Metaphysica dicitur, & aliquis ejus usus? Aff.

73 An omne ens sit bonum? Aff.

- 74 An omnis necessitas pugnet cum libertate? Neg.
75 An adequate dividatur ens in dependens & independens?
Aff.
76 An Deus possit perfecte definiri? Neg.
77 An quod factum est infectum reddi possit per potentiam
divinam? Neg.
78 An detur de Deo cognitio naturalis? *Aff.*
89 An ulla sit in Deo mutabilitas? Neg.
80 An omnis causa tempore prior sit effectu suo? Neg.
81 An semper quidquid est causa causæ, sit etiam causa cau-
sati? Neg.
82 An Deus sit causa causarum, & cætera causata? *Aff.*
83 An quidquid est ab alio sit? Neg.
84 An materia habeat propriam suam existentiam? *Aff.*
85 An quia denominatio fit à potiori, homo ab anima/tan-
quam à parte potiori debeat dici spiritualis? Neg.
86 An res finitæ possint constitutere aliquod infinitum? Neg.
87 An locus vacuus, aut materia prima separata naturaliter
unquam detur? Neg.
88 An ulla creatura possit creare? Neg.
99 An quidquid potest causa prima cum secunda, hoc possit
sola causa prima? Neg.
90 An accidens possit migrare de subjecto in subjectum?
Neg.
91 An si quis haberet nasum magnum instat turris, sequere-
tur totum illud non esse majus, imo minus sua parte? Neg.
92 An avis possit per locum vacuum volare, aut piscis nata-
re? Neg.
93 An Logica ad alias scientias perfectissime acquirendas ab-
solute sit necessaria? *Aff.*
94 An melius (moraliter loquendo) esset multis non esse,
quam transcendentaliter tantum bonos esse? *Aff.*
95 An quæ diversas habent definitiones, differant realiter?
Neg.

96 An Deus unquam sit causa univoca? Neg. nam suo esse
et semper est præstantior.

97 An Euangelium Ioannis, aut aliæ figuræ collo suspensa
mederi possint certis morbis? Neg. quantitatis enim, figura
rarum, literarum scriptarum; &c. per se nulla est efficacia.

98 An posito causato necesse sit causam esse? Neg.

99 An sol quia calefacit frigida, recte censeatur calidus?
Aff.

100 An semper verum sit tritum illud: *nihil dat quod non ha
bet?* *Aff.*

F I N I S.

